780 Poet. lat. rec. 2

Aloyſij Paſſerini Brixiani Iure Conſulti Hiſtoria Lepdiſſima de quibuſdam Ebrijs Mercatori-bus.

DVPLVM BIBLIOTHECAE R. MONAC.

Ad Bibl. Acad. Land.

Ad Lectorem.

Quandoquidem Ebrietas hac noſtra tempeſtate eo vſqꝫ in valuit: vt iam deinceps pręcipue in Germania: in qua complures inſignes ſympoſiaſtas et potatores inuenias: ſi recenſere velis: nullum vitium eſſe putetur: quę tamen maximum eſt. Neqꝫ vero alteri alter honorem alium in pretoriolis nobilium maiorem exhibere poteſt: quam ſi eum Beli poculis oſtenſis: cum libero doloſo luctatore certare impellat. Sicqꝫ ratione hoīs opt. max. inſigni obfuſcata inſtar bibidis Aegiptię infra nedū ſupra Analecta dolio oppleto impura et reddat et ebulliat Nolumus referre alia multa quorū author et eadē eſſe conſueuit: Vt agnoſcas q̄ꝫ dedecoroſum et damnoſum ſit talem fieri et apud homines apparere: iuſſimus hanc lepidam Optimi viri Hiſtoriam de hilarioribus quibuſdam Mercatoribus ęreis typis exprimi: ſubiectis de eadem re etiam aliquibus Sententijs electis: vt aliena inſania fruitus: caueas tibi ab hoc noxiſſimo malo Magni enim referre aiunt aliena frui inſania Quas ſi legeris noli facere: quod canis in Aegypto viſis Crocodilis aſſolet: id eſt Bibere et fugere. Vale et ſalue.

18

Universitäts-Bibliothek München

Aloyſij Paſſerini Brixiani Jure

Conſulti Hiſtoria lepida de quibuſdam Ebrijs Mercatoribus latine ſcripta cum prefatiūcula quadam: qua ſe ab huiuſmodi ſcribendis rebus apud Cenſorem ſuum Achillem Voltam Juriſconſultum et Patritium Bononienſem excuſat.

N On dubito pleroſqȝ in ipſo ſtatim (vt aiunt veſtibulo fore lectoꝛis qui meā hāc Exercitatiunculā vt vinoſā ac plane minus dignā: quę vel a philoſopho: vel a Jurecōſulto deſcriberet: reprehenderēt. Qđ quidē minime facturos crediderim: ſi vitā Paſſerculi: ſi mores: et ingenium ſedulo perſpexerint Si nouos deniqȝ illum ipſum Commentarios tam in Jus Pontificium q̃ Ciuile et ſcribendos ſuſcepiſſe: et Nonaginta fere volumina veterum ſentētiarum confeciſſe animaduerterint. Editionem quum oportuerit: maturabimus: In his eñ ita ſapienter: ornateqȝ vetuſtiſſima illa non tam bene viuendi q̃ dicendi pręcepta et deprompta: et tradita ſūt: vt meliora ne ex illis quidem intimis Grecorum penetralibus atqȝ Theſauris depromi ac tradi poſſent. Sed quid ego hiſce me (quod bona venia dixerim) vituperonibꝰ expoſtulatū velim: qui aliena ſemper quaſi inuidi architecti diſtortiſſimo perpēdiculo metiri ſolent. Quur mihi non liceat ebrioſam hanc ſiue fabellam: ſiue hiſtoriam ſcribere? Quum illi ipſi Catoni. quem Cicero omnium gentium virtute principem appellat: Ebrium ſemel eſſe vel illa ſeueriſſima ętate impune licuerit? Quem ea in re ita C. Cęſar vituperauit vt laudauerit. Proinde ſpero me quoqȝ in meliore cauſa conſtitutum non tam improbandi q̃ cōmendandi locum relicturum Et eo quidem magis qđ hominem continentiſſimum: atqȝ eruditiſſimum Athenęum ſequutus ſum.

Qui facetiã quã breuiter cõciſeq̃ admodũ (vt ſapiẽtem de
cuit) grece ſcriptam reliquiſſet: Eam ego latine longius:
latiuſq̃ (ita mihi vel inſanienti libuit) relictam volui: Quã
obrem pleraq̃ omnia de induſtria excogitaui: finxi: adie-
ci: legeſq̃ vertendi: quas Cicero de finibus accuratiſſime
tulit: cõſulto pretermittẽdas duxi: vt he mee prime Exer
citationes quas προγυμνασματα progymnaſmata ap
pellant: arbitrarie potius. q̃ legitime haberentur. Si
quid impoſterum aggrediar: illud me hercule conſultius
agam. Hec enim non tam exercendi ingenij: q̃ vna tecum
iocandi gracia ſcripſi. Et propterea nemini precipue dedi
canda putaui: nequis me aut impudẽtie ſcribẽdo: aut ego
quenq̃ intemperantie dicando accuſare viderer. Te mihi
ſolum in his velut Cenſorem: qui moribus: qui iudicio et
doctrina politiſſimus es: conſtituendum cenſui. Que qui-
dem ſi tu grauiſſimi: certiſſimiq̃ vir iudicij probaueris:
edendaq̃ putaueris: ea bono (vt aiũt) auſpicio: et quidem
inter amicos: qui vel inſulſa ſalſe legunt: ederes et promul
gares. Sin minus vel laceranda vel in cellam vinariam
(quandoquidem vinum oleant) reijcienda curares. Vale
Rome Kalendis Julijs. M. cccc. xciij.

¶ Memorie proditum eſt in Sicilia hilariores quoſdam
Mercatores: eo: dum: vna coenarent: ebrietatis per
ueniſſe: vt domi tuto quum eſſent: in naui ſe turbu-
lentiſſima tempeſtate maris agitari putauerint. Itaq̃
ſubita rerum: vti tum hallucinantibus videbatur: nouita
te exterriti vacillare: Non mente: non pedibus conſiſtere:
labi: fluctuare. Varias: horrendaſq̃ nubium formas: ven
tos choruſcationeſq̃ admirari. fulmina: et tonitrua Bac-
chi ſcilicet non Jouis perhorreſcere. Omnia gemina pre
vino tremula: maiora: ac pene caſibũda videri. Jma cum
ſũmis miſceri: lactari: nauſeare: vomere: exclamare Scyl
lam Charybdimq̃ euitandam eſſe Nauem mercibus le-

uandam. Itaqꝫ menſam: lectulos: vaſa: ceteraſqꝫ res do
meſticas in viam quaſi in pelagus iactare. Opem iãiam
perituri implorare: vociferariqꝫ ratem funditus euerſam:
q' trabes ꝯtignatõis coenaculi: antẽne: trãſtraqꝫ nauis eſſe
viderentur. Rerum iactum: Clamorem: cõcurſumqꝫ vicini
quum mirabũdi animaduertiſſent: ędes illas incendio fla
grare arbitrantur. Propius (vt eſt curioſitas explorandę
cuiuſqꝫ rei) accedentes conclamãt: ignem ortum in vicinia
Aquatum properant. lagenati confluũt. In Aedes: quas
igni correptas putabant: effractis foribus irrumpunt. At
ingreſſi eas: nõ Vulcani: ſed Bacchi vim eſſe ſuo cum ma
lo didicerunt. Ebrij nanqꝫ illi: quibus vt mens ita et ſen
ſus om̃es in lubrico eſſent: vt ſub hydris ſituliſqꝫ incuruos
ad ſe feſtinantes conſpicantur: Eos vt Delphinos et id
genus monſtra marina: quę naufragium portendere ſo
lent Pugnis et calcibus aggrediuntur: aditu prohibent: ira
ſcuntur fremunt. huc et illuc furore afflati curſitant.
In extremis extremo quiſqꝫ ingenio vtatur monent vel
contrahi iubent. Alij pandi: laxariqꝫ rudentes. Ma
lum inclinari. alij erigi: ſentinam exhauriri: funes explica
ri Tripodes velut anchoras iaci: feneſtras domus quaſi
rimas nauis obſtipari. Alij hoc: alij aliud trepidi ruunt
pugnant: concidunt: Aqua omnis: quę in auxilium vene
rat humi effunditur: naufragium ipſum putant. Precan
tur deos: opem ferant. Deſperati lachrymare: vouere: tre
pidare: proxima quęqꝫ adminicula enatandi periculi com
prehendere Amphoras: Cantharos: Ciſtas: ceteraqꝫ vaſa
quaſi naufragij reliquias: et vitę pręſidia raptim capeſſe
re: pectoribus ſubijcere: ijſqꝫ inniti natare. Quid pluribus
quum de pauimento ipſo manus et pedes cubitus et ge
nua miſeris prope modis nando cõtriuiſſent: ad continen
tem perueniſſe: portumqꝫ ſalutis adeſſe arbitrantur. Dijs
tacitũ gratias agunt. Vota comprobant Maria vna cum

illo:qui primus naue conſcendit. qui legem Rhodiam de
iactu tulit qui pecuniam Traiectitiam : mores : nauticum
feonus:queſtum : Inſtitoriā : Exercitatoriamqꝫ Actiōem
inſtituit:execrantur. Iuriſiurandi religione affirmant : ſe
nunqꝫ mare ingreſſuros:Solos illos eſſe:et haberi vino et
mente captos:qui relicta terra:matre omnium indulgen-
tiſſima:ſe ſuaqꝫ Neptuno fraudulentiſſimo credunt. Qui
placido ſerenoqꝫ vultu miſeros ad perniciem allicit . Na-
turam ipſam Mortalibus Elementa diuiſiſſe:Maria piſ=
cibus Terrā homībus colendam dediſſe . Vbi diu ac mul=
tum debacchati eſſent et viribus defecti:vt cuiqꝫ acciderat
inter ſubſellia et confuſam ſupellectilem collapſi: vinum
edormiuiſſent Tum pugnandi:natandiqꝫ incōmodo:tum
etiam aqua illa auxiliari madentes:et tumultuaria:rūctuo
ſaqꝫ loquacitate experrecti:paulum reſipiſcere viſi:vix pre
vino palpebras ſuſtinere poſſunt . Mox oculos attoniti
quam egerrime circumferre. In alterum ſe(vt dici ſolet) or
bem delatos putare:vbi gentium : locorumue ſint:ignora
re:ſibi diffidere.heſitare. Itaqꝫ ſuam quiſqꝫ manum ocu=
lis:quo experiret:dormiret ne an inſaniret admouere. Se
deant an ſtent iaceātue non ſatis compertum habere Ex
citati tandem animis:excuſſaqꝫ fumoſa illa oppreſſe men
tis nebula:humi ſe quaſi ſues in luſtris proſtratos : inuo
lutoſqꝫ ſtupidi:et inconniuentis vident. Mutatam rerum
oīm rerum faciē admirātur . Domi non in mari iam ſe eſſe
animaduertunt. Pudore commoti palliolis ſe contegunt.
Temulētiam accuſant. Vini ſe non maris tempeſtate cir=
cumuētos eſſe muſſitant. Plus detrimenti leni:qua ſemper
eſt:fronte Bacchum homībus afferre:qꝫ Neptunum ira
ta querūtur Illum:qui primus ſodalitatem :quiqꝫ vitem
Mortalibus venenum inuenit:publica execratiōe dignum
iudicāt Tria illa maxima et precipua Mercatorū ornamen
ta.fidem:Continētiam:Aeſtimatōem amiſiſſe indignātur

ſuſpirāt: lugent. Quaꝝ iacturam lōge quidem grauiorem eſſe arbitrātur: q̄ꝫ ceteraꝝ rerum naufragiū. Hec em̄ ſepe vel induſtria hoīs vel ope et ꝯſilio Amicorum reſarciri poſſe. Illa nunq̄ꝫ. Proinde fabulas aniles triuialeſq̄ꝫ riſꝰ iocos poſteritati de ſe dediſſe intelligūt. Contumelias et ludibria preſentium audiūt: dolēt: ferendū putant. Vicinos qui pauloāte porteuta maritime tēpeſtatis eſſe videbātur purificatꝭ oculis agnoſcūt: ſeſe vltro accuſāt Veniā poſtulant. Quos pugnis et calcibus pene exoſſatos reliquerāt: ſibi quibus poſſūt verborum inuolucris recōciliare conātur placāt: placatos abire cum ceteris: qui exequiarū iuſta ſoluturi venerant: iubent. Aiunt em̄. ſe non dum mortuos eſſe: nec tum morituros quidē. Viderāt em̄ Ebrij vino plane: et elati et ſepulti candidatos quoſdam cū luminaribus (Nox em̄ diem ademerat) qui partim linthea: partim capſulas in viam deturbatas referebant. Quos veluti Sacerdotes cum polinctoribus: libitinarijſq̄ꝫ ad curāda funera veniſſe putabant. Tum vicini: quibus (vt ſemel finiam) ex magno beneficio oculi (vſu em̄ ſepe comparatum eſt: vt ex beneficio: maleficium feramus) tubera facti eſſent. Quid iſtud inquiūt Dementie eſt? Hunccine in modum viuitur? Haccine mercede illudimur? Hiccine ignis eſt? an vinū deterius habitum? Rn̄derunt belliſſimi naufragi: et Mercatores frugaliſſimi. Non vinum: non ignē fuiſſe: ſed paulo hilariorē ſodalitatē: que ſeſe in Coena liberiꝰ ſolito mutaſſet Riſerūt om̄es vel dolore quidē et iniuria affecti vinoſam hilaritatē (ſi hilaritas iure dici pōt) Que merorē: que tumidos oculos et derugatos vultus facit. Ex qua merito natum eſt illud Grecoꝝ prouerbiū Hilarē huiuſmōi ſodalitatem citas (vt aiunt) quadrigis fugiendā eſſe: que ſimul incendium: pugnam: Naufragium: funus: luctum: dedecus ac inſaniam deniq̄ꝫ inſanabilem pareret.

¶ De Ebrietate Sententiole Laconice.

Luxurioſa res Vinum et tumultuoſa ebrietas. Quicunq̃ his delectatur non erit ſapiẽs. Prouerbiorum viceſimo. Operarius ebrioſus nõ locupletabitur Eccleſiaſti. xviiij. Vinum in iucunditatem creatum eſt et non in ebrietatem ab initio. xi.

Nolite iebriari vino: i quo eſt luxuria Paul. ad Ephe. iiij.

¶ Auguſt. ad ſacras virgines.

Ebrietas eſt flagitiorum omnium mater: culparum materia: radix criminum: origo vitiorum: turbatio capitis: ſubuerſio ſenſus: tempeſtas linguę: procella corporis: naufragium caſtitatis: amiſſio temporis. Inſania voluntaria. Ignominioſus languor: Turpitudo morum: dedecus vitę: honeſtatis infamia: Animi corruptela.

¶ Idem de poenitentia.

Ebrioſus cõfundit naturam: amittit graciam: perdit gloriam: incurrit damnationem ęternam.

¶ Hieronymus ad Occeanum. Epta. 49.

Noe ad vnius horę ebrietatem nudauit fęmoralia ſua: quę per Sexcentos annos contexerat.

Ventrem diſtentum mero et cibo ſequitur voluptas genitalium Idem Epiſtola. xvij.

¶ Joann. Chryſoſthomus.

Nihil eſt ita Dęmoni amicũ ſicut Ebrietas et laſciuia que eſt mater omniũ vitiorum Ante oĩa aũt vetetur clericis: quę oĩm peccatorũ radix et nutrix eſt ¶ Laerti⁹ Dioge. Rogatus Anacharſis quo pacto quis abſtemius fieret ſi turpes inquit Ebrioſorũ mores ſibi ante oculos ponat.

¶ Macrobius. i. Saturnal.

Comes ebrietat̃ obliuio ẽet: opio his ort⁹ ẽ meõrię d̃fect⁹.

¶ Vale. maximus li. ij. de inſtitutis antiquis

4. Romanis 4 Vini vſus Romanis foeminis ignotus fuit: ne. ſ. in aliqđ dedecus prolaberentur. Quia proximus a libero patre intemperãtię gradus ad inceſſam venerem eſſe conſueuit.

Queçcūq̃ enim foemina vini vſum immoderate appetit: et virtutibus ianuam claudit: et delictis aperit.

¶ L. Apuleius floridorum. li. 3.

Sapiētis viri ſuper mēſam celebre dictū eſt. Prima inquit Crathera ad ſitim pertinet: Secunda ad hilaritatem: Tertia ad voluptatem. Quarta ad inſaniam.

¶ Ariſtoteles Sept. Politicorū.

Iuuenes maxime ab Ebrietate cuſtodire oportet.

¶ Menander

ο πολυσ ακρατοσ μικορο αναγκαζει φρονειν. id eſt Multum merum: pauca cogit ſapere.

¶ Plautus.

Magnum hoc vicium quod vino ineſt: pedes captat primum: luctator doloſus eſt.

¶ Vergilius.

Nec Veneris nec tu vini capiaris amore
 Vno nanq̃ modo vina Venuſq̃ nocent.

¶ Ouidius de Amoribus Elegia. vi. li. i.

Nox et amor vinumq̃ nihil moderabile ſuadent:
 Iſta pudore vacat: liber amorq̃ metu

¶ Propertius li. ij. Elegia vlt.

Vino forma perit: vino corrumpitur ętas:
 Vino ſępe ſuum neſcit amica virum.

¶ Horatius Epiſtolarum li. i. Epiſtola. v.

Quid non Ebrietas deſignat? operta recludit:
Spes iubet eſſe ratas: ad pręlia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit: et docet artes
Foecundi calices quem non fecere diſertum?

¶ Iuuenalis Saty: Sexta

Quid enim Venus Ebria curat:
Inguinis et capitis quę ſint diſcrimina neſcit

Franciſcus Petrarcha. Epiſt. xxxv. Neſcio inquit poſt ml'ta Ebrietatis incōmoda recenſita: quur aut ꝙ mō plꝰ hodie bibitur ꝙ̄ olim: vtinamqꝫ hic luxurię modus eſſet Quocunqꝫ te vertas fragiliores ad virtutem: fortiores ad vitia facti ſumus: Secundum me igitur primus Crather pertinet ad ſitim: Secundus ad leticiam. Tertius ad voluptatem: Quartus ad Ebrietatem. Quintus ad iram Sextus Ad litigium: Septimus ad furorem: Octauus ad Somnum: Nonus ad Morbum.

¶ Finis.

Univ.-Bibl.
München